





1769.

1. * Ackermannius: Rhapsodia quaestio[n]um in foro quotidie obuenientium, neque tamen legibus decisarum - Coll. 21. Programma, quo ordinarius senior ceterisque facultatis juridicae auctores memoriam Ackermannianam indicunt.
2. * Borutas. Programma, quo ordinarius senior ceterisque facultates juridicae auctores memoriam Borutanam indicunt.
3. * Clecmanus, Johann Augustus: De transactione in criminibus, intuitu rei publicae nullius pretii. Programma, quo ordinarius senior reliquique doctores fac. jur. summos in jure honores . . . Johanni Augusto Clecmano . . . collatos indicunt.
4. * Hannius, Christianus Carolus: Rhapsodia quaestio[n]um in foro quotidie obuenientium, neque tamen legibus decisarum - Coll. 22. Programma, quo ordinarius senior et reliqui doctores fac. jur. . . summos in jure honores Christianus Carolo Hannio et Christiano Henrico Schmidtio . . . indicunt.

1769

5. Baucerus, Henricus Godofredus, fac. jur. pro cancella- 13
rias: Super decisionibus novissimis - - -
Programma, quo summos juris scientiae honores 14
- - - Caroli Frederico Meibisch - - - tribuendas
inducit.
6. Baucerus, Henr. Godofredus: Feuda feminea an 15
feminina. 2
7. Baucerus, Henr. Godofredus: Feuda Franca non 16
ene feminina. 0
8. Baucerus, Henr. Godofredus: De emendando jure 17
Criminali. 2
9. Baucerus, Henr. Godofredus: De emendando jure 18
Criminali. 0
10. Breuning, Christianum Henr: Observationes de ju- 19
ris circa metalla. 0
11. Breuning, Christianum Henr: De jure thesauri in feudo 20
vendito non tradito 0
12. Breuning, Christianum Henr: De provocacione rei 20-
ad libellum scriptum. 8

1769.

Tutores p[ro]prio pupillae

13. Breuning, Christianus Huer: ~~De p[ro]prio tutoris~~
~~ad la bellum scriptum~~
14. Breuning, Christianus Huer: An chirographum concel-
latum inducat debiti remissionem?
15. Breuning, Christianus Huer: De commendato rei incorpo-
ralis.
16. Breuning, Christianus Huer: An haec actio ex con-
tractu differat a conditione ex moribus?
17. Breuning, Christianus Huer: De differentia cautio-
nis rei pupilli salvam fore ex jure Romano
et foro hodie.
18. Breuning, Christianus Huer: An a advocato liceat
item negative contestari contra conscientiam?
19. Beckmannus, Joannes Augustus: Super Ludovici IV
Imperatoris constitutione: De majestate imperii
R. 4.
20. Gierst, Christianus Pollack: De lege Caecilia et
Fidia

1769.

21. Grenius, Augustus Fredericus Sigismundus: Resolutiones
nominationis societatis ex communi proae aliis socii
abserati debitis
22. Hennig, Beltharus Gellat: De collectione causa-
rum et decretorum Viouyrianae & Dominatio eius
pontificiae fauifice
23. Hermann, Johann Tac. Hen: De variis causis info-
lis Diouum.
24. Hermann, Joh. Tac. Hen: Tus gladii
25. Hommel, Carolus Ferdinandus, fac. jur. pro cancella-
rio: Programma, quo summos in jure atque ho-
ris . . . Johani Gualtero Breuero . . . inscribit.
26. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De antiskephese
preclusio: Programma, quo collegium Doctoralis
Tomus Christiani Portii inscribit.

26
1769, 6.
F E V D A
FEMINEA ESSE FEMININA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

HENR. GODOFREDO BAVERO

IVR. VTR, ET BONAR. ARTT. D. INSTITVT. P. P. O.

SVPR. CVR. PROVINC. ET COLLEG. ICTOR. LIPS.

ASSES. COLLEG. MINOR. PRINCIPP.

SODAL.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XII. MAIL. A. C. CIDIÖCCLXIX.

D E F E N D E T

CHRIST. FRIDERICVS GAVDICHIVS

MOLIBERGENSIS MISN.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMIA

F E V D A
FEMINEA ESSE FEMINIA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
CONSENSV

P R A E S I D E

HENR. GODORRADO BAVERO

IVR. VTR. ET BONAR. ARTI. D. INSTITUTE. P. O.
AVV. G. R. V. I. N. G. ET COLLEGI. ICTOR. LIS.
ASS. COLLEGI. MINOR. BRVNCIE.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XII. MAII. A. C. CIOCCCLXIX.

D E E N D E T

CHRIST. FRIDERICVS GAVDICHIVS

MOTIVORVM N. S. M.

L I B R A R I E

ET REGIA LANGVBARIA





I. N. D.

F E V D A

FEMINEA ESSE ETIAM FEMININA.

§. I.



Nuperrime respondente doctissimo Rostio probasse mihi videor, feuda franca, id est, ab omni generis officiis, modo, quae negotii essentia postulat, excipias, immunia respuere feminarum successionem. *Institutio.*
Communis beneficiorum natura ita sentiendi necessitatem nobis imponebat. Occurrunt alia quoad mulierum iura circa clientelas dubia, quae, oblata scribendi opportunitate, singula proponere et excutere constitui. Antequam vero rem hodie mihi propositam aggrediar, de rubro his plagulis inscripto pauca praemittere oportet. Multis, quippe inveni, feudi feminei et feminini dictionem vnum idemque denotare. His nostra inscriptio non potest non absona videri. Ego vero semper ad evitandas notionum confusiones rectius existimaui

X 2

sumavi



stimau, ynicuique rei suam appellationem decernere. Quam si res ipsa probat, legesque, quantum ad iurisprudentiam attingit, confirmant, nobis id vitio dari posse, non arbitror. Feminium igitur feudum dico a femina recens quaesitum, femininum, ad quod successionis iure aditus proli femininae patet.

§. II.

Sunt, qui dicant, mulierum in feudum femininum nullam esse successionem.

Illud regulariter femininam sobolem non auerfari, adeoque natura sua simul femininum esse, rem in priuatorum certe clientelis legibus abunde determinatam, rationi feudorum consentaneam, et communi interpretum opinione, curiarumque obseruantia adeo confirmatam, aduersantemque ANDR. DE ISERNIA aliorumque dudum explosam opinor sententiam, vt non tam vbertate, quam vtilitate potius desituta scribendi materia haec mihi videatur. Quoniam vero nuperrime SIEGELIVS in *Dissert. de Feudo femineo proprio* opinionem feminis inimicam sustinere allaborauit, argumentorum, quae huc pertinerent, vim iterum trutinare constitui.

§. III.

Argumenta eorum recensentur.

Grauiissimum, quod nobis aduersatur, argumentum, in ipsa feudorum natura est positum, quae, prout in *Dissert. de Feudo franco non feminino* professus fui, mulierum successioni refragatur; non solum, quod ab origine masculis, subeundo muneri publico sagato togatoque solis idoneis concessa sunt beneficia, verum imprimis, quod senioris iuri, in beneficii, extincta mascula prole, recipiendi, spe collocato derogat. Estque praeterea indubium, ex vna beneficii improprietate aliam aequè minus posse conici, atque animus donandi alicui affingi.

§. IV.

§. IV.

Quumque adeo nihil interesse domini possit, viro, an mulieri, beneficium tribuat, modo ad masculam sobolem solam transferatur, videri potest iniuriam domino inferre, qui eum sola inuestitura mulieri recens adquirenti facta huius gnatas successione capaces simul declarasse arbitratur. Verum, quoniam ex origine sua naturam rerum debemus metiri *l. 33. D. d. Donatt. l. fin. si ex nox. caus.* ipsumque ius clientelae haud obscure hanc regulam *I. Feudor. XV.* tuetur, omnino existimandus est senior inuestitura feminae facta filiarum successione simul probasse, nisi diserte solius masculae prolis inuestiens fecerit mentionem. Non enim in controuersis feudalibus principem qua talem, verum qua dominum directum censemus, nouimusque etiam in aliis causis principes contrahentes pati, se priuatorum iure aestimari, atque adeo praesumptiones, iuris auctoritate munitas, contra se agnoscere. SIEGELIVS quidem in laudata *Dissertat.* ad hoc argumentum sic respondet, vt in concessione mulieri facta, quod per se domino directo damnnum haud inferat, nec feudis ab eorum origine petita appellationes decerni soleant, plane neget, positam esse aliquam improprietatem. Sed quam parum roboris huic responsioni inest, quisque facile intelligit, si concedere quidem debet, quae rarius contingere solent, et a regula aberrant, non, quae alterutri contrahentium damnosa sunt, impropria vocari, nec improbari posse a iureconsulto appellationes ex legibus petitas. Quomodo comparatum est cum diuisione feudi in paternum et maternum, siue femineum. *I. F. XV.*

*Eiusdem rei
continuatio,
et refutatio.*

§. V.

Inprimis vero nostra sententia disertis legibus innitur adeo claris, vt certissime sim persuasus, quemlibet a studio

*Leges pro fir-
manda vbesi
allegantur ac
partium declarantur.*

partium alienum aut accedere ei, aut clientelari Langobardorum iuri auctoritatem demere omnem debere, quod ipsum nemo suscipere ausus fuit. Et quoniam tanta inest vis veritati, vt inuitos etiam et reluctantes hominum animos conuincat, eoque me perducere non possum, vt credam, fuisse eam dissentientium opinionem, quam fuerint professi. Quod ex contortis eorum argumentis luculenter apparet. Per se patet, compilatorem *II. F. XXX.* communi consuetudine munitam sententiam hanc posuisse, quod, femina defuncta, relictum beneficium, quia femineum sit, etiam sine pacto speciali ad filias, deficientibus masculis, transferatur, vtque robur ei adderet, simul ad Gerhardi et Oberti testimonium prouocasse, quorum inter omnes constat, ipsique feudorum libri passim docent, apud Mediolanenses, ipsumque compilatorem, auctoritatem fuisse insignem. Ipse contextus, et ordo verborum satis demonstrat, dissentientium opinionem compilatorem non veram et obseruantiae innixam habuisse, sed adiecit propterea, vt appareat, se eam haud ignorare, simulque innotescat, errare, qui filios a beneficio materno vel plane excludere, vel post filias deumum admittere velint. Quorum dum reprobat opinionem, solumque subsidiarium, prout est, filiabus in materno beneficio succedendi ius tribuit, sententiam primo loco positam sat luculenter confirmat.

§. VI.

Citantur plures leges, et, quomodo sibi respondeant, demonstratur.

Idem probat textus *II. Feud. L.* verbis: *filius patri succedit, et non filia, nisi ex pacto, vel nisi sit femineum.* Tunc enim succedit filia matri et patri: Si haec fuisset mens compilatoris, vt femineum appellaret, quod ex diserta senioris concessione filiabus pateret, quodque femininum vocamus, (hanc nobis persuadere contradictores opinionem nituntur) quorsum distinctio

stinctio inter femineum, et ex pacto ad feminas transitorium.
 Quaeue praegnans causa, contra loquendi rationem et usum
 defendere, uoculam, qua secernere ac disiungere solemus, de-
 clarandi explicandique animo adiectam esse. Quod quominus
 concedere valeam, praeter ea, quae adhuc disputauimus, etiam
 impedit capitulum II. Feud. XI. ubi verba: *ex femineo sexu*
descendens ad huiusmodi, id est, feudalem successionem aspirare
non potest, nisi eius conditionis sit feudum, vel eo pacto ad-
quisitum. Igitur, licet feuda regulariter successionis iure a
 mulieribus capi non patiantur, tamen ex accidenti quadam
 causa sine pacto eius conditionis siue naturae esse possunt, ut
 feminas admittant. Quae conditio, si non ex acquisitione mu-
 lieris, unde debeat repeti, nescio. Et esset noua fraus, noua
 vis uerbis illata, si quis eam ex speciali consuetudine deriuare
 uellet, quae uidelicet per se id efficeret, feudi conditionem non
 afficeret.

§. VII.

Denique aduersarii plane negligunt capitulum I. F. XV. *Eiusdem ar-*
gumenti per-
 supra allegatum, quod ad fulciendam sententiam nostram ap-
 prime collineat. Offertur quippe dubium, filii in materno
 beneficio an succedere valeant. Atque adeo, quum nemo
 affirmauerit, maternum beneficium statim post obitum uasalli
 ad Seniore[m] redire, filiarum successio per se quidem indubia
 ponitur, de eo autem quaeritur, solae, an cum fratribus, an
 his demum deficientibus, ad beneficium valeant aspirare. Quae
 per se omnia tam clara mihi quidem et aperta uidentur, ut
 cum HARTM. PISTORIS L. II. Qu. 34. num. 25. nequa-
 quam affirmare dubitem, super re legibus tam luculenter de-
 cisa neque longa disceptatione, neque prolixiori argumeto-
 rum nobis aduersantium refutatione, opus esse. Quam, etsi
 facillima



facillima foret, instituti huius ratio non patitur. Vehementerque a vero SIEGELIVS in laudata *Dissertat.* §. XII. aberrat, quod inter eos, qui suam sententiam amplectantur, SCHILTERVM recenset, qui potius in *Tractat. d. Natur. Success. Feud. Cap. II. §. 14. seqq.* veritati concessit, et beneficia a muliere quaesita, deficiente filio, ad filias transmitti professus fuit.

§. VIII.

Aliud argumentum excusvianum observantia petitum.

Hoc tantum addam, curias feudales hanc nostram sententiam ipsas non obscure agnoscere. Siquidem, concessio mulieri beneficio, diserte cauere solent, vt ad solos, exclusis penitus filiabus, filios transferatur. Qua protestatione superfedere possent, si aduersantium opinioni subscribendum esse videretur. Sufficiant haec vindicandae filiabus in maternum priuatorum feudum successioni. SIEGELIO autem an felicius GRIEBNERVS in *Dissert. de Feud. Imp. Masculinis §. 18.* pro extorquenda femininae proli successione in feudum Imperii femineum disceptauerit, inquirere iam non permittit, qua me teneri sentio, limitum angustia.

T A N T V M.



ULB Halle

3


003 594 440



SB







1769, 6. 28

F E V D A
FEMINEA ESSE FEMININA.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

CONSENSV

P R A E S I D E

HENR. GODOFREDO BAVERO

IVR. VTR, ET BONAR. ARTT. D. INSTITVT. P. P. O.

SVPR. CVR. PROVINC. ET COLLEG. ICTOR. LIPS.

ASSES. COLLEG. MINOR. PRINCIPP.

SODAL.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XII. MAIL. A. C. CIOIOCCCLXIX.

DEFENDET

CHRIST. FRIDERICVS GAVDICHIVS

MOLIBERGENSIS MISN.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEIMIA